Quelle: https://manuscripta.at/?ID=6898
Copyright: Wien, Dominikanerkonvent

diuinarũq; rẽrum scientiam confert.

Textus vicesimusexto Augustino

Sane quẽadmodum egrotãtes necesse habent minua accipe. ne grauent. ita ⁊ post egritudinẽ sic tractandi sunt. vt citi⁹ recreent. etiã si de humillima seculi pauptate venerũt. tãq; hoc illis contulerit recẽtior egritudo quod diuitibus anterior consuetudo.

Cõmentũ vicesimũ sextũ Ambrosio

o Sextum mandatum est. in quo iubet. vt oẽs siue ex diuitiarum fastigio. siue de humillima seculi paupertate venerunt. post egritudinem sic in victu ⁊ in alijs opportunis quibuscũq; tractentur. vt citi⁹ recreent. Nempe in hac recreatione facienda personarum nõ debet esse acceptio. neq; contẽni humillima paupertas in his debet. que postulat humana necessitas. Decet autem id fieri. tũ vt debita caritatis ad omnes exhẽdantur obsequia. tum vt vnusquisq; quantotius possit famulari deo. seruire mõasterio. et alia virtut; exercere officia liberi⁹ valeat. Tũ ne ipa infirmitas. sic in famulo dei suscipiat predominũ. vt inde vel de recidiua periculũ incurrat. vt min⁹ idoneus ad onera religionis portãda efficiat. Rursus vt Hieronymo placuit. Animia corporis debilitas nõ solum ipsi⁹. sed etiam aĩe vires frangit. in gemitũ marcescere facit. ⁊ plerũq; ipsum deuotionis tollit feruorẽ. qm̃ q̃diu hec membra rexerint art⁹ organo. medioq; anim⁹ corpore indiget.

p Et q̃q̃ apl's virtutẽ in infirmitate pfici predicauerit. noluit tũ quẽpiã sic attenuari. vt excessum laudauerit infirmitatis. cũ ⁊ ipse etiam dixerit. castigandũ esse corpus. ⁊ nõ mortificandũ. Et rursus. ne frangamur in tẽptationib⁹ consolat⁹ ẽ nos dicens. Fidelis de⁹ non sinet vos tẽptari supra quã ferre potestis. propterea quicq̃d cum mõ ⁊ tpamento fit. p pulchre ⁊ salutare fieri dicim⁹. pinde semper libuit virtuti. suũ in medio locare tribunal. Preterea nõ ita in infirmitate apl's virtutẽ perfici voluit. vt assereret infirmitatem ipsam. cause esse pficiende virtutis. sed q̃ un pfecta sit infirmitas ipsa ostendat. qm̃ in egritudinib⁹. pseculionib⁹. tormentis. ⁊ in quacũq; aduersa fortuna viri demõstrat constantia. Idcirco cũ non oẽs tanta mentis valeamus fortitudine. vt cuncta aduersa equo animo toleremus. quo ad fieri potest annitendum est. vt famuli dei cito sanentur. ⁊ post egritudinem ne frangantur. sic tractandi sunt vt citius recreentur. Et qm̃ multa sunt egritudinũ genera. alia quidem tenuem vitam. et presertim in principio exigunt. ceu quedã febres sunt que ex multa stomachi repletione generant. In quibus si cibus sumitur nõ eleuat sed grauat. tunc sane necesse habent egrotantes minus accipere. ne grauent. Alia ꝯo rerũ presertim optimarũ copiã deposcunt. sicut oculorum cataracte. egritudines malencolice nature defectus. ⁊ inualitudines sincopim. ⁊ tot⁹ corporis. post euacuationem debilitatẽ inducentes huiusmodi infirmitatib⁹ affecti in cibo. potu. vestitu. cubatione. mansionibusq; qm̃ omnia ista ad subleuandã naturam multum conferũt. sic tractandi sunt vt citius recreentur. etiam si paupe- q
res in seculo fuerint. tanq̃ hoc illis contulerit recentior egritudo. quod diuitib⁹ anterior consuetudo. ac si patenter assereret. q̃ sicut ex delicatioribus moribus ad monasteriũ venientes propter eoꝝ antiquas et consuetas debilitates. melius sunt tractandi. ita ⁊ circa pauperes. propter recentiorem eoꝝ egritudinẽ vt citius recreentur diligentior est cura adhibẽda.

Que eni seminat homo. vt inquit apostolus. hec ⁊ metet. Sed quo pacto misericordiam metemus in agro summi dei. si eam in campo. hoc est in dolore nõ spargimus proximi. perinde Iohãnes euangelista inquit. Qui viderit fratrem suum necessitatẽ habere. ⁊ clauserit viscera sua ab eo. quomodo caritas dei manet in eo Si ergo celestis patris caritatem desideram⁹ habere. debemus ⁊ nostris fratrib⁹ misericordiam exhibere. Unde vt ad eam exhibendam. vnigenitus filius suus nos hortaretur dixit. Beati misericordes. qm̃ ipsi misericordiam consequentur. Magna. pfecto. ⁊ incomparabilis nobis misericordia ostendetur. quando pro subuentione. ⁊ cura temporalis egritudinis.